

Dispp. Thh. Vol. 1.



Oelth 61 Q (1-34)

2
3
4
5
6
7
8
R

17 18.
DISPUTATIO TERTIA
DE
INSIGNIBUS INSCITIAE
SPECIMINIBUS,

Et quidem jam

De sex vitiis Anonymi Majoribus Propositionibus, quibus Revelatio Catholicismi Veri, seu Gründliches Urtheil von der Friedsamsten und Gewisesten Lehre der Christen innititur, ut & munere Respondentis, si responsonem suam datam è Scripturis confirmare velit, quomodo ei onus rectè solideq; probandi jure injungatur,

Que

AUTOR ANONYMUS SOCINIANUS

In

Illustribus aliquot Speciminibus infelicis pugnae

D. ABRAHAMI CALOVII, &c.

Et

Revelatione Catholicismi Veri, seu Gründlichem Urtheil von der Friedsamsten und Gewisesten Lehre der Christen edidit,

Proposita

à

D. JOHANNE MAUKISCH,

S.S. Theol. Prof. Publ. Gymnasii Gedanensis Rectore,

& ad S. S. Trinitatis Pastore,

RESPONDENTE,

HENRICO HOLLWELIO,

DANTISCANO.

In Illustris Gymnasii Gedanensis Auditorio Maximo d. 17. Febr.

ANNO M. DC. LVI.

habenda

DANTISCI, TYPIS VIDEÆ GEORGII RHETII.



INCLUTÆ, NOBILISSIMÆq̄-
Reipublicæ Gedanensis PROCERIBUS

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimisq̄

DN. CONSTANTINO BRAND,
Consuli ac Camerario meritissimo.

DN. JOACHIMO SCHRADER,
Consuli Scholarchæq̄; gravissimo.

DN. DANIELI SCHLIEFF,
Consuli Spectatissimo

DN. HENRICO SCHRADER,
Judiciorum Publicorum, seu Scabinarûs Assessori dignissimo.

Ut Et

VIRO

Admodum Reverendo, Præclarissimo, Doctissimoq̄

DN. WILHELMO SCHLOT,
Ædis D. Johan. quæ Gedani est, Symmistæ vigilantissimo.

*Dominis Mecenatibus, Patronis, Fautoribus, Affini-
bus & Agnatis summâ cultûs observantiâ aternum deve-
nerandis,*

Hoc Exercitium Theologicum in singularis observantiæ
resseram, nunquam frangendam, debiti honoris Symbolum,
ulterioremq̄ studiorum suorum Promotionem unâ cum fe-
rio, pro ipsorum salute ac incolumitate, voto,

Humiliter Offert & Consecrat

HENRICUS HOLLWELIUS, Respons.



בג
DISPUTATIO TERTIA

73

Resp.

HENRICO
HOLLWELTIO
DANTISCANO,

SEX VITIOSIS ANONYMI MAIORIBUS
propositionibus, quibus Revelatio Catholicismi
veri s. *Gründliches Urtheil von friedsamsten und gewisse-
sten Lehre der Christen*; innititur, & munere Respon-
dentis, si Responzionem suam datam e Scripturis con-
firmare velit, quomodo ei onus rectè,
solideque probandi jure
injungatur.



N foro sanè Politico, in quod oculos defigi
jubet Anonymus, in *Illust. Specim. infelicis pugnae*
pag. 23. Judicis inferioris, sententiam rectam
pronunciaturi, partes exigunt, ut Leges suas
certas & Principis Majestare obfirmatas, secun-
dum quas responsum reddat, sequatur. Quem, si
nudam animi sui præconceptam opinionem obrudat, causæ
Patronus legitimo juris tramite ascendens, coram Judice
superiore falsitatis & erroris facilè convincet. Consimilira-
tione in ædificio extruendo prima de fundamento firmiter lo-
canda cura suscipienda est, ut illi ea omnia, quæ arte superstru-
xeris, solidâ compage possint inniti. Cujus fundamentum, si
circumfusus insistat arenulis, tota ædificij structura, licet ele-
gantissima, surgente tempestate concidet, ac lapsu & ruinâ suâ
Architecti stultitiam damnabit, vel ipso Christo Judice, Matth.
VII v. 26. Si eadem in *Revelatione Catholicismi Veri*, quæ dicitur
Gründliches Urtheil von der friedsamsten und gewissesten Lehre der
Christen/Anonymo Sociniano, contra tot Ecclesiæ Christi lumi-
na à primis usq; seculis chartas dentatas edituro, in mentem
venissent, ad sublime veritatis Tribunal provocatus, senten-
tiam suam jam melius tueri posset, suamq; sine dubio Revela-
tionem

K

tionem



tionem firmiore condidisset fundamento. Quod enim Judici Leges, virtutum regulæ, ac iniquitatum repagula, quod Architecto fundamentum, toram ædificij molem sustinens, hoc Disputanti Majores censendæ sunt propositiones, quarum curam in Revelatione Catholicismi seu Gründlichen Urtheil post habuit. Sic itaq; divinâ gratiâ Dei patris, Filij & Spiritus Sancti adjuvante,

THESIS XIX.

Absurdè, ineptè, & sine solido fundamento, in Revelatione Catholicismi s. Gründlichem Urtheil Autor Anonymus Syllogismos priores à pag. 3. usq; ad p. 20. conscripsit, ac plurimum chartæ, & operæ circa probationem Minoris insumsit, quum ipsa Majores propositiones, quibus v s. concludendi innitur maxime, solido divinarum literarum fundamento destituantur, quod in sequentibus Thesisibus ostendemus.

Ed. I. Quandoquidem in hujus scripti parte Generali mea cum primis fertur intentio, ut Studiosa nostra Juventus ad Studiosi illius Anonymi argutias penitus cognoscendas è Logicis doctius erudiatur, & ad partem Specialem melius præparetur, Sex istos Syllogismos ab Autore in primâ quasi Revelationis acie constitutos invasurus, duo principia Canonica, videlicet *Dictum de Omni & Nullo*, ex quibus Philosophorum parens doctrinam syllogisticam exædificavit omnem, intueri jubeo. Quorum evidentiam meus Præceptor Logicus & Theologus miri acuminis DN. D. Henricus Hopffnerus in Commentario priorum Analyticorum hisce verbis declaravit. Nullus, inquit, Syllogismus artificialis est legitimus, qui non cum hisce principiis vel immediate, vel mediante reductione congruit, & per convenientiam discursus naturalis est, & probatur esse bonus. Hæc enim principia sunt fontes, ex quibus universa ratiocinandi methodus ac firmitas est derivata. Nempe continetur in illis v. numerus terminorum syllogisticorum; Quod enim in Syllogismo Naturali est totum, id in artificiali, evidenter

videnter syllogismum naturalem continente, est medium: quod ibi est pars, hic est minus extremum, quod denique ibi de parte dicitur, id hic est majus extremum. 2. Numerus propositionum; Majoris quidem præmissæ, in quâ de toto dicitur alterum Minoris præmissæ, in quâ de subsumto, seu parte in toto contentâ totum ipsum dicitur; & denique conclusionis, in quâ de subsumto, seu parte totius prædicatur id, quod de ipso toto antea dicebatur. Quando ergo naturali lumine universalem propositionem concipio; verbi gratia, omnia ex quatuor elementis constancia sunt obnoxia interitui. Et simul ex eodem naturali lumine subsumo, Omnes homines constant ex quatuor elementis, tunc eodem naturali lumine concludo. E. omnes homines sunt interitui obnoxij. Sunt itaque principia divinitus instituta mentibus humanis, & indemonstrabilia, ac non minorem habent evidentiam, quam Axiomata: Quodlibet est, aut non est. Totum est majus quâlibet suâ parte. Proinde hæc principia naturalis discursus Aristoteles statim in initio ponit, ut ostendat, se ex natura principis firmissimis deducere doctrinam de syllogismis artificialibus, & in eis necessitas consequentiæ certissima omnibus appareat. Nam ut scitè Augustinus l. 2. de doctrinâ Christianâ c. 32. habet, ipsa veritas connexionum non instituta, sed animadversa est ab hominibus, & notata, ut eam possint vel discere vel docere. Nam est rerum ratio perpetua, & divinitus instituta. Sicut n. qui narrat ordinem temporum, non eum ipse componit; & locorum situs, aut naturas animalium, vel stirpium, vel lapidum, qui ostendit, non res ostendit ab hominibus institutas; & ille, qui demonstrat sidera, eorumque motus, non à se vel ab homine aliquo rem institutam demonstrat: Sic etiam, qui dicit, eum falsum est, quod consequitur, necesse est, ut falsum sit, quod præcedit, verissime dicit, neque ipse facit, ut ita sit, sed tantum ita esse demonstrat. p. 43. Quando itaque Socinianus iste Anonymus ejusmodi media, de quibus prædicata vel non necessario, vel etiam falsò enunciata fuerunt, uti sequentes hoc rheles patefacient, in syllogismis suis posui, perinde egit ac si quis has Aquæ guttas frigidæ esse calidas probaturus esset, quod tota, seu omnis, aqua esset calida, illudque magis adhuc controversum, ceu concessum postularet. Proinde



ad *Majores Socinianorum* propositiones Studiosa Juventus diligentius attendat, quum hoc in Scholâ Socinianâ non insolens sit, ut ipsi spurias conficiant *Regulas & Axiomata*, quod Keslerus in *Examine Logicæ Photinianæ* p. 3. & alibi notavit.

Exh. 2. Dictum v. de *Omni & Nullo* sic Aristoteles tradidit. l. 1. *Priorum Analyt.* cap. 1. λέγομεν τὸ κατὰ παντὸς καθήγορησθαι ὅταν μηδὲν ἢ ἴσ' ὑποκαμένε λαβῶν, καθ' ἑ ἰστέρον ἔλεχθήσεαι, καὶ τὸ κατὰ μηδενὸς ὡσαύτως quod ita explicuit Dnus D. Henricus Hopffnerus: *Dici de Omni est, quando nihil subjecti sumere (vel reperire) est, (licet) de quo non dicatur alterum. Et p. 50. Dici de nullo similem habent explanationem. Dici enim de nullo est, cum nihil sumere subjecti est, (licet) à quo non removeatur alterum, (prædicatum.) Singula quoque verba idem p. 49. sic explanavit. Dci de Omni, seu universaliter affirmativè de subiecto prædicari, pertinet ad Majorem propositionem naturalis syllogismi. Sumere aliquid subjecti, spectat ad Minorem propositionem. Reliqua denique verba: De quo non dicatur alterum, pertinent ad conclusionem. Subiectum hoc loco est medius terminus, juxta dispositionem primæ figuræ collocatus, qui est angustior majore extremo: contra autem minore extremo latior: Alij sic explicant hoc principium: Quicquid dicitur de subiecto universè sumto, id etiam de quovis, quod sub illo subiecto subsumi potest, dicitur. Alij hōc modo. Quicquid universaliter & verè de subiecto Majoris propositionis, tanquam communiore prædicatur, id etiam de Specie seu quovis angustiore, quod in illo Majoris propositionis subiecto includitur, affirmari necesse est. Verbi gratiâ cum dico. Omne animal est vivens, Omnis homo est animal. Ergò omnis homo est vivens. Hic quicquid subiectum Majoris propositionis suo ambitu comprehendit, de illo etiam prædicatur major terminus, qui de subiecto Majoris propositionis dicitur. Vivens n. latius patet animali. Sub animali autem continetur homo, tanquam pars (subiectiva scilicet) & species.*

Exh. 3. Hinc Socinianam Sophisticam, velut angvem sub herbâ latentem, facilius deteges, si Anonymi rationes, a me in proximâ Disputatione pag. 71. citatas, in formam redigas syllogisticam, ac subiecto Majoris propositionis cum signo
universalis

universalis sumto dispicias, num etiam prædicatum ita universaliter de omni subjecto affirmetur. v. g. Num omnis Religio non eas inter Confessores lites, quales sovent cætera, excitans sit statim Christianè pacifica Religio? Num Omnis Religio, sectas quascunq; alias cum suo sensu lubentissimè tolerans, sit Christianè pacifica Religio? Num omnis Religio, de cujus diffusionè apud Adversarios magna habetur animi sollicitudo, sit illicò verissima, certissimaq;? Num omnis Religio multum negotij facessens Adversariis sit verissima, certissimaq;? Num Omnis Religio, quæ passim publicè & privatim recipitur, sit omnium verissima? Num omnis Religio, cujus hypotheses nonnullas alterius Religionis sectarij propugnant, sit verissima, certissimaq;? Et sic Sociiiani Syllogismi ceu Sorices suam falsitatem manifestis prodent indiciis. Sed perveniemus jam ad singulas Majores propositiones.

THESIS XX.

Absurdè & ineptè Anonymus hic (1.) orthodoxam Religionem Christianè pacificam esse idèò concludit, quod rates dissensionès, quales in eorum fide, qui *Mysterium Trinitatis* confitentur, exorta sunt, non excitat, si nimirum ex eventu judicetur. Siquidem à primis Ecclesiæ incunabulis non solum in Novo, sed etiam Veteri Testamento Diabolus verbi divini tritico sua inseruit Zizania, ac ipsis Apostolorum temporibus plures, qui ab ipsis exierunt, errores & Schismata sparserunt.

Exb. I. Quando Autor Anonymus p. 3. (a nobis p. 7r. citatâ) infert. Ist demnach vor eines gedachte Lehre unter allen andern die friedsamste Religion, und also ohne allen Zweifel die Christlichste Religion Rom. XIV, 17. 18, XV, 7. Ex hac transsumptione, videlicet à pacificâ ad Christianam Religionem, jam perspiciebat juvenus, Autorem ab initio malè in genere de Religione pacificâ locutum fuisse. Quâ ratione Major magis visa fuit verisimilis, ac si statim determinationem subjunxisset, Christianè pacifica Religio. Quamvis enim omnis Christianus sit pacificus. Non



cus. Non tamen omne pacificum statim est Christianum. Si-
quidem in tali casu, ubi veritas coelestis in discrimen adduci-
tur, pacem illam maledictam Christianus amplecti non potest,
uti Psalmista pio Zelo dicit: Ps: 119. v. 113. **סְפִי אֶת־אֲהָבָתִי**
וְתוֹרַתְךָ אֶת־הַבְּהֵמָה LXX. *παρὰ νόμου ἐμίσσησα, τὸν δὲ νόμον σου*
ἠγάπησα. Vulgata. Iniquos odio habui, & Legem Tuam
dilexi. D. L. Ich hasse die Fladder Geister / und liebe dein Ge-
sesse. Et in Scholio addit. Fladdergeister heissen hie die unbe-
ständigen Geister / die immer etwas neues finden und fürnehmen
wie die Käfer pflügen zu thun.

Exh. 2. In fonte, ut vidimus habetur **סְפִי** quod
vocabulum, quum a diversis vertatur diversimode, operæ pre-
tium est evolere. Descendit autem à, **סֵפֶן** quod teste Schind-
lero idem est ac ramus summitas seu prominentia arboris it. per metapho-
ram prominentia petrae s. rupis; Scopulus ramum altæ arboris referens,
promontorium, pars rupis longius excurrentis. Item cogitatio, quæ in cor-
de est, sicut ramus in arbore hinc inde diffusus p. 1251. Et quidem in spe-
cie usurpatur **הַסְפִּי** de Sectis, & diversis in Religione o-
pinionibus 1. Reg. XVIII. 21. quibus animi fluctuant, ac quo se
vertant, sunt dubij: Ut ita per **סְפִי** vel concretivè hæreti-
cos, uti accepit Targum **מחשבין סריקן** qui cogitant
cogitationes vanas. LXX. *παρὰ νόμου* Vulgata iniquos D. L.
Fladdergeister! (So allenthalben herum fladdern und nichts ge-
wisses vor sich haben) vel abstractivè eorum hypotheses mentis
quidem altitudine prominentes, sed quovis vanitatis vento a-
gitatas, & instar Scopuli prominentis periculosas intelligas.
Piscator reddidit: Ich hasse die krumme Gedanken. Et sane,
si Socinianos cum totâ suâ hæresi respicias, eos odio Davidico
maximè dignos profiteberis, quum suas hypotheses maximè
periculosas, ad mentis humanæ altitudinem in divinis iudicem
emittant, scripturæ certitudinem suis interpretationibus ven-
tosis labefactent, & quivis vertiginis abreptus Spiritu ac
in Religionis firmitate titubans, illic velut in errorum acropo-
li suum latibulum reperiat. Id quod tamen nostro Anonymo
veræ

Διὸ προσλαμβάνετε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ἡμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ. h. e. propter quod suscipite invicem: Sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei, ubi similiter jugi contextu de hujusmodi fratribus infirmis agitur. Verum si quis hanc fidei Catholicæ Acropolin de verâ divinitate Filij Dei, ejusq̄ pro peccatis nostris satisfactione, prout Sociniani impugnant, impugnâset, ac ita doctrinam tam sanctam, quam Johannes I. Epist. C. V. 20. & C. I. 7. ac C. II. 7. 2. afferuerat, non attulisset, de eo sanctissimè præceperat Johannes Epistolâ Secundâ 10. μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, ἢ χαιρεῖν αὐτῶ μὴ λέγετε. Nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis. Ecquis igitur tam obesæ naris est, ut discrimen inter hæreticum, & infirmum fratrem non olfaciat?

Ἐκθ. 4. Sic etiam *subjectum majoris propositionis*, videlicet *excitare lites* ambigüè dicitur. Vel enim accipitur de eo, quod *per se & sua Naturâ lites excitat*, quum tale dogma sit, quod veritati cælesti difforme est, ac cum ejus divinâ patefactione conciliari nequit: Et sic concedimus *Majorem*. *Quæcunq̄ Religio per se, & ob dogmatis sui naturam Scripturæ verbis expressis repugnantem, lites excitat, illa non est Christianè pacifica.* Minorem verò totò pectore negamus, quum nostræ assertionis fundamenta, & scripturis desumpta, licet *Theodotus, Paulus Samosatenus, Photinus & Socinus*, (quorum memoriam tantis scilicet patribus digna suboles cum charitate usurpat pag. 69. Revel. Cathol.) oppugnârint, expugnare tamen nequiverint. Sed nostra doctrina, ceu mons Sion, immora perstitisse dicatur, & quidem rectius, quàm illorum Hæresiar charum pestilentes opiniones, quæ quoties cum Arianismo à Satanâ in lucem fuerunt retractæ, toties ab Ecclesiâ Christianâ per sedecim secula oppressæ, & mox verbo Dei ad Orcum damnatæ fuerunt.

Ἐκθ. 5. Si verò *Majorem* accipiat de eo, quod *per accidens & eventualiter* contingit, hoc sensu. *Quæcunq̄ Religio eventualiter & per accidens excitat lites etiam inter fidei consanguineos, illa non est Christianè pacifica.* In *Minore* jam facilè subsumam de Religionem

gione tempore Noachi, Abrahami, Judicum, Regum, Christi, & Apostolorum in populo Dei vigente, quod multi illius Confessores, prius verbi divini præconio gavisi, in varias tamen Idololatrias, & a Deo per Prophetas punitas abierint, & sic ex ingenij sui vanitate turbas dederint gravissimas. Quinimò Majorem suam manifestæ esse falsitatis ex ore CHRISTI Matth. X, 34, 35, 36, 37. cognoscet. Sicut & Paulus ad presbyteros Ephesinos ait Act. XX, v. 30. ἡ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλῶντες διεσπασμένα, τὰ ὑποσπῶν τὰς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν h. e. & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes per versa, ut abducant discipulos post se. Et Johannes scribit de seductoribus sui temporis: ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον Enobis egressi fuerunt, Uti & nos de iis hominibus, qui in Religione novitatis & singularitatis pruritu titillati, ad Socinianos defecerunt, è nobis exiisse dicimus, illosq; ex justo Dei judicio in cæcitate, quam affectant, relinquere cogimur II. Theff. II, 10. 11.

Ἐκθ. 6. Et sane si Religionem Socinianam penitus excutias, nullâ teneberis admiratione, etiam si inter ipsos Socinianos minores de Religionelites deprehendas, quum eorum Theologia non ad ædificationem, quam Paulus exigit I. Cor. XIV, 26. sed ad destructionem vergat, nec res fidei, nisi cum ratione conveniant, admittat pag. 45. & 70. Revel. Cathol. Sed unde lis inter Christianos DEUM Trinunum & Christum θεῶν θρώπων profitentes oritur maxima? Annon toties ipsis contraire cogimur, quoties & ipsi salutis fundamenta conantur diruere, ac à verborum divinorum claritate rationis humanæ decepti argutiis recedunt. De quibus in subsequentiis Disputationibus erit differendi locus.

Ἐκθ. 7. Tandem non est, quod adeò de horum confessione gloriatur. Ipsi namq; licet ad vineam Ecclesiæ devastandam, veramq; de Deo Trinuno & Christo θεῶν θρώπων sententiam infringendam caudis suis velut Simsonis vulpeculæ jungantur, suis tamen capitibus dissident maximè, ut cæteras, easq; plurimas illorum, qui unum Deum, ratione essentie

L

G per.

& *personæ simul cum Judæis & Turcis*, Christianæ fidei hostibus, stacunt, dissensiones taceam, binas tantum, easq; nobilissimas, de *Filio Dei* afferam. Quem enim latet de *præexistentiâ Filij Dei ante Nativitatem à Maria virgine* Arianostum Veteres, tum Novos à Neo-Phorinianis in aliam abire sententiam, ac Faustum Socinum cum Erasmo Johannis Superintendente Ariano de eadem scripto contendisse. Sic Franciscus Davides cum Affeclis suis Religiosam Christi adorationem impugnavit, Socinus cum suis propugnat.

THESIS XXI.

Absurdè, falsò & ineptè (1.) Socinianus Anonymus variarum Sectarum tolerantiam Christianè pacificæ Religionis notam constituit, quum eam ipsa Scriptura culpet & prohibeat.

Exò. I. Pacem & nos quærimus, sed Christianam, & verbi divini veritati non inimicam, ac noxiam; Cui si hæc repugnet, Sententia Megalandro *Luthero* familiarissima repetenda est. *Maledicta est pax, quæ conjuncta est cum jacturâ veritatis.* Idcirco & hic Majorem simili ratione determino. *Quæcumq; Religio confesores omnium aliarum sectarum, suo in Religione sensu viventes, patitur, tolerat & suscipit, aut saltem id publicè pollicetur, illa est Christianè pacifica.* Ad quam Majorem respondeo 1. per instantiam eam ad absurdum traducendo. Hypocritica, & in cultu vero Dei altissimi tepens Religio *Confesores omnium aliarum sectarum patitur, tolerat, & suscipit, aut saltem id publicè pollicetur.* Ergò Hypocritica, & in cultu vero Dei altissimi tepens Religio est Christianè pacifica Religio. (2.) dico hanc Majorem esse manifestò falsam, & divinis literis contrariam, quum Christus à Pseudopropheta cavendum esse imperet. Matth. VII, 15. Johannes illos nequaquam recipi, imo nec a se quidem ipsis à suis dici concedat, II. Joh. 7, 10. ac Paulus II. Cor. XI. 19, 20, 21. hoc Corinthiis turpi det vitio, quod tantâ facilitate Pseudopropheta

prophetas susceperint, susceptosq; tantā tulerint longanimitate. Sicut & Rom. XVI, 17. scribit: παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοί, σκοπεῖν τὰς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιῶντας, καὶ ἐκκλίνετε ἀπ' αὐτῶν. Rogo vos, fratres, ut observetis eos, qui diffensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. & Tit. III, 7. 10. 11. αἰρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν correptionem evita: Sciens, quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus. Ad dicta verò ex Rom. XIV. & XV. de infirmis fratribus loquentia, quod ea impertinenter allegata fuerint, Thesi præcedente 20. Ἐκθεσι 2, responde.

THESIS XXII.

Absurdè & ineptè Autor Anonymus (3.)
exinde colligit Religionem Socinianam esse verissimam, certissimamq; , quod ratione efficacix suæ wegen ihres sonderbahren Nachdenkens / omnium maxime metuatur. Siquidem & hoc pestilentissimæ quoq; opinioni contingit.

Ἐκθ. I. Religionis efficacia dupliciter considerari potest, vel ratione virtutis intrinsecæ, quam habet ex verbo Dei, quod est δύναμις εἰς σωτηρίαν Rom. I, v. 16. est ζωὴ ὁ λόγος θεοῦ, καὶ ἐνεργητικὸς, καὶ ἐπιβλητικὸς ὑπὲρ πᾶσαν μαχαιραν διζομον καὶ δυνάμενον ἄλλοι μεγαλοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματων, ἀρμῶν τε καὶ μυελῶν καὶ κελύκος ἐπιθυμῶσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας. h. e. Est vivus sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usq; ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cor-



num cordis. Ebr. IV. ̄. 12. Uti etiam peculiarem vim suam ex-
 eruit in cordibus discipulorum, Luc. XXIV, 32. & audito-
 rum Petri Act. II, 37. & exinde cum *malleo & igne* comparatur:
 Jer. XXIII, 29. Hęc efficacía quę gaudet, Religio verè Chri-
 stiana, & Spiritus S. virtute instructa rectè deprædicatur:
 Vel ratione extrinsecarum circumstantiarum, quando Au-
 tores & Confessores illius Religionis variis utuntur machi-
 nis, quibus simplices Circumveniri possunt. v. g. quando res fi-
 dei, quas caro & sanguis non revelat Matth. XVI, 17. rationis
 decempedâ contra edictum Pauli I. Cor. II, 14. II. Cor. X, 5.
 emetiri conantur, ex *Physicarum* rerum Naturâ ad res *hyperphy-
 sicas* argumentantur, principia ex verbo Dei extracta, & in
 Ecclesiâ jam dudum recepta labefactant, ad destructionem
 articulorum fidei toti propendent, ac ea, quę clarissimè sunt
 à Spiritu Sancto proposita, ratiunculis e cerebello humano ex-
 cogitatis elidere nituntur, vitiosas hypotheses effingunt,
 phrasibus Scripturæ ludunt, & sanctitatem mentiuntur singu-
 larem, ac quas fraudes alias *μυριοτεχνίτης ille pater mendacij* Joh.
 IIX, 44. sua edocet organa. Quę efficacía est, κατ' ἐνέργειαν τοῦ
 σατανᾶ II. Theff. II. ̄. 9. de quâ Paulus ait: ἀνθ' ὧν τὴν ἀγά-
 πην τὴν ἀληθείας ἐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτοὺς. Καὶ διὰ
 τῶν πέμψει αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πειθεῖσθαι
 αὐτοὺς τῷ ψεύδει h. est. eò quod charitatem veritatis non recepe-
 runt, ut salvificerent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, ut
 credant mendacio II. Theff. II, 10. & 11. Sicut & ipse Pater eorum
 Satanas in Angelum lucis μεταγνηματί(ζε) seu transfiguratur.
 De hęc posteriore erroris efficacía ipse Paulus ait II. Cor. XI,
 3. φοβῆμαι δὲ, μήπως ὡς ὄφεις ἕαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργί-
 ᾳ αὐτῶν, ἕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν, διὰ τὴν ἀπλότην
 τὴν εἰς τὸν χριστὸν. h. e. Timeo autem, ne sicut serpens Hevram seduxit
 astutiâ suâ. Ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplici-
 tate, quę est in Christo Jesu. Exinde Act. XX, 28, & 31.
 Ephesiorum Episcopo τὸ ζηγορεῖν ἢ προσέχειν ἑαυτοῖς, ἢ παν-

Ἡ τῶ ποιμνία. h. e. vigilare & sibi ac toti gregi jubet attendere, ac
 Timotheo imperat, illas βεβήλας κενοφωσίας, omni curâ evita-
 re. Siquidem ὁ λόγος αὐτῶ ὡς γάλακτα νομὴν ἔχει, si-
 cut gangræna serpit II. Tim. II, 13. Et hâc de posteriore
 efficacîâ loquuntur D. Calovius & D. Hoornbeckius, uti cla-
 rissima verba ipsorum etiam ab ipso adversario citata hoc
 innuunt. p. 4, 5, 6. Gründlichen Urtheil. Wenn ich den Zu-
 stand unsrer Kirchen / insonderheit in diesen Ländern / genau
 betrachte / so ahnet mir / daß / ich weiß nicht / was für böses aus
 dem Norden / von der Socinianer Seiten / vorhanden sey. Und /
 nachdem er (damit ichs kurz mache / und nur seine Mei-
 nung anziehe /) erzehlet / 1. wie zwar ihre Kirche mit den Re-
 monstranten unlängst in großem Zwist gewesen / nun aber mit
 denselben fast verglichen sey / biß auff die Meinungen / die die Re-
 monstranten mit den Socinianern gemein hetten / und welche
 nun / da er die Socinianer zu widerlegen fürhabens sey / zugleich
 mit Würden wiederleget werden; 2. Wie ihre Kirchen nunmehr
 auch keine sonderliche Sorge oder Beschwer wegen des Streits mit
 den Pâpstern hetten / weil man wieder dieselben schon genug gestrit-
 ten hette / und nun nichts neues / sondern nur das alte / wieder sie
 auffgebracht würde etc. spricht er ferner : Nur allein sey noch ü-
 brig / daß man sich von dem Socinianismo was Böses besorge /
 theils / so man ihrer Leute Art / und Zuneigung betrachtet / welche
 über alle Maas zu jederzeit der Newerung / insonderheit in Reli-
 gions Sachen / ergeben seyn; theils / so man die Natur der Socinisti-
 schē Theologiæ zugleich betrachte / welche einig un allein der Mensch-
 lichē Vernunft / und den Politischen Welt-Menschen gar wol gemäß
 verfertiget sey / und welche in den allernähesten Secten der Wie-
 der-Täufer und Remonstranten gar sehr verwickelt stecke / und
 deswegen bey ihren Leuten einschleiche. Endlich / weil der Socinia-
 ner Bücher nunmehr heufftiger feil sind / und in einer jedweden
 Sprache / auch in der Gemeinen / gar sehr bekant werden. Dieses
 alles / sagt er / bewege ihn / daß er ihm und den Seinigen was bö-
 ses besorae. Wannher man auch ermahnet werde / gar fleißig und
 bey Zeit wieder dasselbe zu wachen / und ihm auff allerley Weise und
 Wege:

Wege zu wiedersehen. Und im 99. Blate spricht er: Wieder
 der Socinisten Religion muß man insonderheit wachen / und be-
 ständig streiten/ beydes in Kirchen und Schulen. Wor die Soci-
 nisten ganz unbekant seyn / da wolte ich / daß man sie dem Volcke
 nicht eins nenne / (ey/ das ist zuviel. Denn es heisset ja: Prüfet
 alles/ das Gute aber behaltet) damit die Leute nicht mögen ange-
 reizet werden/ nach ihren Nahmen / oder nach ihrer Lehre zu for-
 sachen. Es ist sicherer / daß man von ihnen nichts wisse / (Ich
 glenbe es sehr wol / daß es gefährlich sey ihre Bücher zu le-
 sen: Alldiweil auch jener Prediger bekante / daß / wenn er
 des Socini Bücher nicht aus den Händen geleget hette / er
 kurtz umb ein Socinist hette werden müssen.) Ja spricht ge-
 melter Doctor weiter/ da sie schon etwas bekant seyn/ da wolte ich/
 daß sie dennoch nicht so oft / oder gemeinlich / und ohne unter-
 scheid / sondern behutsam / und fürsichtiglich / bisweilen auch stil-
 ler/ und verschwiegener Weise (was fürchtet sich doch der Autor
 so gar sehr? Da er doch p. 89. Des Jüdischen Rabbi Semlai
 Rede / als einen warhafftigen Spruch / und gutes præserva-
 tiv, für sich und die Seinigen angezogen / welche also lautet:
 in einem jeglichen Ohrte/ dafür die Käzer ein Einwurff ge-
 funden wird/ da wirstu auch alsobald zur Seiten/ seine gehörige
 Antwort und Artzney finden: wie ist ihm denn nun so bange?)
 möchten angedeutet / oder beschrieben werden etc. Fast auffglei-
 chen Schlag schreibt auch D. Calovius, in seiner Decade dis-
 sertationum de Theologia Socinianæ orru, &c. p. 71. Dessen
 Worte also lauten: Wolte Gott das mit ihm (dem Socino) auch
 zugleich die lästerliche Käzerey verloschen were / über welche keine
 schädlichere jemahls in der Kirchen Jesu Christi ist erhört worden.
 Aber es ist gar sehr zuberrauren/ un̄ mit heißen Thränen zubeweinē/
 daß dieselbe nicht allein noch in Polen und Sieben-Bürgen
 erhalten wird/ sondern/ daß sie auch noch immer mehr und mehr zu-
 nimbt / und von Zeit zu Zeit nicht allein viel Kirchen / sondern
 auch fast ganze Länder einnimbt / und ansteckt / also/ daß von dersel-
 ben / der ganzen Kirchen (Christi) nicht eine geringe Gefahr be-
 vorstehet / theils / weil Socinus seine Käzerey also ausge-

schmücke

schmücket hat / daß es ein Ansehen hat / insonderheit / bey der Vernunft / wenn sie ihren Folgeren auffer dem Worte Gottes Raum giebet / als wenn dadurch die allerheiligste Christliche Religion ganz förmlich abgebildet werde / theils auch / weil er dieselbe mit solchen (starcken) Gründen verfochten hat / welche auch den Allergeübtesten zu schaffen machet / dieselben aber so da weniger in H. Schrift geübet seyn / gar leicht wiederlegen / oder gar gewiß in den Geheimnissen des Glaubens zweifelnde machen / wannenher es auch gekommen ist / daß dieselbige so viel verfechter / und zwar nicht gering gelehrte Leute überkommen hat / durch deren Schriften sie nachm Socino ist erleutert / und beträffiget worden etc.

^{Exh.} 2. Hæc vocis ambiguitate evoluta, nihil minus, quam veræ Religionis criterium traditum fuit. Quamvis autem Majoris falsitas è dictis scripturæ nuper allegatis jam luce meridianâ clarius enitescat : Absurditas tamen adhuc evidentius cerneretur, si modo Major propositio conficiatur. *Quæcumq; Religio, ratione suæ efficacæ, quam scilicet in hominibus per varias fraudes & technas seducendis exerit, (uti Doctor Calovius & D. Hoornbeck de hæc loquuntur,) est omnium maximè formidanda, illa est verissima & certissima. Jam subsumas de pestilentissimis opinionibus versutiâ Satanae excogitatis, quod etiam maximè formidandæ sint.*

^{Exh.} 3. Exceptiones verò subdolæ & frivola: sunt, quando (1.) ad verba Hoornbeckii excipit pag. 5. Gründlichen Urtheil. Wo die Socinisten ganz unbekant seyn / da wolte ich / daß man sie dem Volck nicht eins nenne (*Ly das ist zu viel ! denn es heißet ja : Prüffet alles / aber das Gute behaltet*) quod dictum habetur I. Theff. V, 21. ac non vehit hunc sensum, quasi omnes Laici, qui sufficiente rerum Theologicarum notitiâ nondum sunt imbuti, etiam omnia scripta Adversariorum, vel etiam aliorum hominum, è quibus noxa ad nos transire potest, evolvant, ac deinceps ex iis probatis bona tantum retineant. Hoc enim esset contra ipsam intentionem Pauli, qui, ut audi vimus, ^{Thess.} 1. hujus Theses Hæreticos, cum scriptis suis, canepejus.

pejus & angve fugiendos esse statuit, memor illius Menandri: *Φθέρων ἤθη, ἡθῶν ἀμιλία κακῆ* 1. Cor. XV. 33. Sed hoc vult, nihil recipiendum esse, nisi probatum fuerit, quod bonum sit. Bonum igitur repertum ambabus, quod ajunt, manibus amplectendum esse. Ejusdem futilitatis & hæc sunt, quando (2.) ait p. 6. Gründlichen Urtheil. Welches denn der erste Schein und Beweis der Gewisheit und Richtigkeit solcher Lehre ist / fast wie vormahls die Worte der Phariseer / Joh. XII. 19. Siehe, die Welt folget ihm nach / Ein Schein und Beweis der Gewisheit und Richtigkeit der Lehre Christi waren. *¶* Egregium sanè est criterium, quod ex adhærentium multitudine, prout illa in oculos tantum externè incurrit, de Religionis & doctrinæ veritate ac certitudine concludit, quum noster Salvator contrarium passim testetur, quod videlicet hoc ipsum sit mundi iudicium, hoc est, *causa cur mundus impius iudicetur & damnetur*, quod magis amet tenebras, quàm Christum Jesum mundi lucem. Joh. III, 19. quòd pauci viam ad vitam repertian Matth. VII, *¶* 14. ac illo ipso capite XII. Johannis *¶* 8. expressè Judæorum incredulitas vituperetur, eaq̄ jam olim ab Esaiâ prædicta fuisse probetur. Sic Theudas & Judas etiam habuissent veram Religionem, quum teste Gamaliele Act. IV. etiam plures illis adhæserint. Proinde non ipsa *adhesio*, sed *causa adhesionis* quærenda est. Christi verba erant, *Spiritus & vita*, Joh. VI, 63. ejusq̄ *λόγος ἐν ἐξοία* Luc. IV, 32. & sic per verbi divini insitam virtutem pij & fideles Christo adhærebant. Verùm Sociniani omnia fidei fundamenta suis captiosis quæstiunculis, & explicationibus concutiendo, ac objecto rationis glaucomate verba Christi in sensum prorsus alienum torquendo, in fide titubantes, ac doctrinæ novitate prurientes pessimè seducunt,

THESIS XXIII.

Absurdè & ineptè Autor Anonymus (4.) criterium veræ Religionis exinde elicit, quod Sociniana Religio



ligio suis adversariis plurimum facessat negotij. Hoc enim vicissim ingenere spectatum doctrinæ etiam impiissimæ commune est.

Exl. I. Verba ejus hæc sunt pag. 7. Gründlich. Urth: Der andere Schein und Beweis der Gewisheit / und Richtigkeit gedachter Lehre von dem einigen Gotte / weil man öffentlich gestehet / daß selbige ihrem Wiederparr am allermeisten zu schaffen mache / ist auch aus vorangezogenen Worten D. Calovij und D. Hoornbecks genugsam zu sehen. Bedarff deswegen keiner ferneren Anzeihung anderer Bekenner. Doch aber köntealhie noch dieses beygebracht werden / daß der Jesuit Petavius von den Lutheranern / und Calvinisten (wie wolers auch von den Semigen / den Pabstern / selbst nicht in Abrede seyn kan / genugsam ubersehen gibe / und bekennet / daß sie im disputiren mit den Photinianern den kurgern siehen. & Ex illis, quæ supra monuimus, etiam ad hoc responderi potest, labores ex eo creari maximos, quod ferè omnia Theologiæ principia negitet, & convellat, ad rationis obruffam divina revocet, verbis scripturæ, ceu parallelis citatis, quum tamen nihil minus quàm talia sint, ludat, Nova Axiomata fingat, & Philosophicis Axiomatibus, ad res divinas evertendas, abutatur: Ob has & similes strophas dissolvendas, non verò divni verbi fundamenta, ac Textus Scripturæ perspicuos pro Socinianâ Religione allegatos plus sudoris ac in aliis Sectis, quæ in comparatione ad Socinianos minus omnia fidei principia labefactant, ac ipsæ malitiosas hujusmodi Textuum Sacrorum corruptiones execrantur, exigitur. Hinc fiat major Propositio.

Quæcumq; Religio Adversariis suis plurimum facessit negotij, illa est omnium certissima verissimaq;. Jam subsumo. Religio omnia ferè convellens principia, ad Rationem humanam mysteria revocans, novas hypotheses fingens, & in equivocatione vocabulorum ac phrasium sua quærens latibula, Adversariis suis plurimum facessit negotij.

E. Religio omnia ferè convellens principia, ad Rationem humanam mysteria revocans, novas hypotheses fingens, & in equivocatione vocabulorum ac phrasium sua quærens latibula, est omnium certissima verissimaq; Religio.

M

Ex.



R. D. 2. Et ob hujusmodi vanas & frivolas Scripturæ de-
 tortiones Jesuita Petavius Socinianorum flagellat sententias,
 ex quo tamen hic Autor veræ Religionis Criterium statu-
 minare voluit. Id quod ipsius verba pag. 21. allegata conte-
 stantur, quæ sic recenset ipse Socinianus Anonymus. Alle-
 zeit viel gläublicher ist es was der Jesuit Petavius Theol. Dogmat.
 Tom. IV. de Incarnat. lib. 16. c. 1. §. 8. saget / daß ers nemlich
 darvor halte / daß / so man den Streit zwischen Phorinianern / und
 ihrem Wi derpart bezulegen / ausser der blossen Schrifft ansehen/
 nichts ann. hmen werde / man nichts wirkliches werde verrichten
 können / weil sie (die so genan. ten Phorinianer) ihren Wiederpart
 durch ihre erdachte unzahlbare Auslegung / wo nicht gar überwinden
 dennoch gar gewiß auffhalten / und müde oder verdrossen machen
 können. Auf welchem Schlag auch gemeldter Jesuit Petavius
 Tom. II. l. 3. c. 11. §. 9. redet / da er noch diese Worte hinzu thut:
 Denn / welche ihren Glauben an die Schrifft allein hefften (er re-
 det aber von den Calvinisten und Lutheranern / als von welchen er
 bewiesen hatte / daß sie sich mit der Kirchen Tradition numehr nicht
 behelffen köndren / weil sie sich schon einmahl solches / alhier nur noch
 übrigen einigen Schuges / einschlagen hetten /) so offft sie mit solchen
 Pestilenzischen Menschen (also nennet er nach seiner Jesuitischen
 Freundlichkeit die Phorinianer) streiten / die sich ebenmäßsig auch
 nur mit den Worten der Schrifft decken und schützens die selbe müße
 gar sehr schwingen / und durch ihre eigene Kunst überwunden werden.
 Hic habes expressè rationem appositam, cur Sociniani tantū
 trecent laboris, videlicet propter strophas varias in fictis suis
 explicationibus innumeris adhibitas. Weil sie ihr Wieder-
 part durch ihre erdachte unzahlbare Auslegung wo nicht
 gar überwinden / dennoch gar gewiß auffhalten und müde und
 verdrossen machen. Eadem habet Petavius Tom. 2. l. 3. c. 11. §.
 9. quæ Anonymus p. 21. etiam citavit. Nec tantum, inquit Jesui-
 ta, opinor, industriâ promovent, ut, quod de antiquis illis Sophistis olim
 jactabatur, deteriore causam disputando potiorer faciant. Sed hoc
 demus illos consequi vi & subtilitate suâ, ut in utrumvis difficile veri ju-
 dicium reddant. Erit tunc videlicet anceps, & incertus auditoris, vel le-

Horis



horis animus, & ne usquam errore labatur, assensum suum sustinebit.
 Quid igitur sic affecto, & constituto homini faciendum vel illi ipsi va-
 deant? In hoc, inquam, partium conflictu, cum nec Photiniani nostro,
 neque nos ipsorum iudicio, & scripturarum interpretatione stare velimus,
 quis erit, obsecro, rixarum ac iurgiorum modus; nisi tanquam ex com-
 promisso controversiæ arbiter aliquis, ac disceptator adhibeatur? Quis
 autem magis idoneus capi potest, quam Ecclesia ipsa, quæ columna est, &
 firmamentum veritatis? Hactenus Jesuita. Quo consilio verò hæc
 Petaviius adjecerit, collectu est facile. Nimirum Jesuita, Jesu
 Domini nostri immemor, (qui jussit scripturas *ἰσχυρῶν* Joh. 5.
 ac contra adversarios suos non autoritate Ecclesiæ sed Veteris
 Testamenti scripturis, Matth. 22, 29, 31, 43. usus est) genuinæ
 Scripturæ sensui per legitima interpretationis media eruendo,
 qui autoritatis est divina, Ecclesiæ consensum, quæ autoritatis est hu-
 manæ prætulit, ut suos errores traditionibus extra Scriptu-
 ram allatis superstructos facilius propugnare posset. Verba
 ejus hæc sunt paragrapho 10. citati libri. 3. c. 11. *Etsi impudens
 est natio ista Photinianorum, & in verborum persecundis tricus, Luthe-
 ranorum, & Calvinistarum exemplo stolidè pervicax, non tamen adeo
 frontem perisise ex rebus humanis arbitror, ut non eos infinita illius, & in-
 extricabilis rixæ interdum pigeat, quam affert morosa dictionum, & su-
 perstitiosa notatio.* Quapropter antiquitatis auctoritate, ac
 judiciis armanda est Ecclesiæ causa: ut ea sit & veritatis
 opinione, & verbi Dei interpretatione pars potior. cui jam
 tum ab Apostolorum ætate tot seculorum lumina suffra-
 gata sunt. R. Hoc vero nihil aliud est, quàm verâ fidei nor-
 mare relicta, dubiam, multisq; controversiis obnoxiam obtru-
 dere, ac conclusiones Scripturæ, quæ sunt autoritatis divine, auto-
 ritate Ecclesiæ, quæ humana tantum est, solidè statuminare velle,
 quod omni didascalice probationi, vernacula principia in soli-
 dis probationibus exigenti, è diametro est oppositum.

THESIS XXIV.

Absurdè & ineptè Autor Anonymus (5) Religionis

L 2

Ortho.



Orthodoxæ hoc voluit esse *νόμισμα*, quod Sociniana Religio passim publicè & privatim recipiatur. Id quod vicissim falsæ sententiæ, si modo rationi plausibilis proferatur, affine esse potest, uti Paulus de falsa doctrinâ Hymenzi & Phileti scribit, quod eorum Doctrina velut gangræna serpat.

Ex^o. 1. Minorem hanc sui Tertij Argumenti probat ex verbis Judicii *Plurimum Reverendæ Facultatis Theologicæ Regiomontanae*, quæ Socinianorum *εἰσόδῃς* fallaces & perniciosas conspicata, eam instar veneni & gangrænæ serpere rectè statuit, ac *Excell. Dn. D. Bothsacci* laborem hisce clanculariis, & non nisi per cuniculos, uti etiam Gedani factum est, irrepentibus oppositum, suis evexit laudibus. Hujus argumenti imbecillitas vicissim vel palpando deprehenderetur, si quis modo *Majorem Propositionem* sic formet:

Quæcunq; Religio passim publicè privatimq; recipitur, illa est omnium verissima, certissimaq;.

Et postea subsumat: *Religio gentilium Idololatrica, si modo rationi humanæ plausibilis facta fuerit, passim publicè privatimq; fuit recepta, uti Elias de Baaliticâ conqueritur, putans se unum ex omnibus Domini Prophetis relictum esse. i. Reg. 19, v. 10.*

Ex^o. 2. Imbecillitatem hujus argumenti prævidit & ipse Anonymus, hinc eam hoc furo tegi, suumq; errorem in crustari voluit pag. 8. Wolte man aber alhie einwenden; es were ja kein neues/das eine Käheren viel Städte und Länder/einnehme; und könnte demnach dieses keinen Beweis der Gewisheit und Richtigkeit der Lehre machen: So muß man wissen // daß es ja wol seyn könne / daß auch eine falsche Lehre überhand nehme; doch aber wird eine solche in gemein durch eusserliche Macht fortgesetzt und geschüzet. Aber/das ein solche/welche keinen Menschlichen Schutz hat/und dazu/ an allen Orten und Enden verhasset ist / überhand nimyt. / dasselbe kan keines Weges ohne sonderlichen Schutz und Beystand Gottes/und ohne grosse Krafft der Wahrheit. / so in der
Lehre.

Lehre seyn muß / geschehen und zu gehen. Es were dann / daß man sagen wolte (welches denn kein Verständiger thun wird /) daß dieses auch kein Beweis der Wahrheit Christlicher Lehre were / daß sie ohne Menschlichen Schutz und da sie so verhasset gewesen ist / sich dennoch in alle Welt ausgebreitet hat. *ꝛ. Nec hoc indubiæ veritatis est, falsam doctrinam communiter vi externâ propagari, quum historiæ Ecclesiasticæ testentur, falsam doctrinam frequentius plurimorum prius infecisse populorum animos, antequam ad externam violentiam perventum est, & plerumq; spiritum vertiginis, simulato sanctitatis habitu, sua fecisse auspicia, donec tandem vulpinæ pellem assuerit Leoninam.* Sic artes magicæ, quibus sæpe numero totæ Urbes, Ditiones, & Provinciæ inficiuntur, plerumq; non ferro & armis, sed Sagarum & neficarum, domibus, & animis simpliciorum, præsertim muliercularum supersticiosarum, & juvenruti ad nova & miranda proclivis sensim illabentium, subdolis transfunduntur illicitis, ac deinceps excæcatione Satanicâ concurrente, illæ nec ferro nec igne facilè extirpari possunt. Proinde non *ex nudâ doctrinæ alicujus propagatione, sed simul, & quidem primariò* ipsius doctrinæ qualitate, num Mosis & Prophetarum in Veteri Testamento, ac Christi & Apostolorum verbis in Novo Testamento conformis sit, dijudicandum. Hinc etiã non *separatim, sed simul cum cæteris Criteriis*, (è quibus conformitas doctrinæ Novi Testamenti cum doctrinâ Veteris Testamenti, ejusq; clarissimis vaticiniis, propagationem Evangelij inter omnes gentes futuram prænunciantibus, primas tenet) *sumta Evangelij propagatio & conservatio*, ceu Christianæ veritatis nota, censenda est. Verum, quid hæc ad Socinianam hæresin, quæ scripta Veteris Testamenti, è quibus Novum statuminatur, vix per transennam aspecta minoris æstimat, & clarissimorum vaticiniorum sensum depravat omnem? Videatur Smalcus in Refut. Franz. præf.

THESIS XXV.

Absurdè & ineptè (6) Autor Anonymus ex eo Catholicismi veri dignoscendi fingit ac pingit rationem,
L. 3. quod.



quod nunnuli à suarum scilicet Ecclesiarum rectâ deficientes sententiâ in aliis quidem Socinianis contradicentes. Unum tamen & alterum è Scholâ Socinianâ mutuentur, ac propugnent, quum hoc ipsum contrarium potius ostendat, videlicet eam esse Socinianorum errorum multitudinem, & latam ad gehennam viam, ut si quis veritatis cœlestis excidat regiâ, in Photinianorum labyrinthos multiplices abripiatur.

Exθ. I. In præcedente Disputatione Thes. 18. *Ex^o*. 3. pag. 72. asseruimus, Autorem Anonymum *binas rationes* quod Sociniana Religio sit *maximè pacifica*, & *sex* quod sit *rectissima, certissimaq;* protulisse & in harum octo rationum, si in formam redigantur Sylogisticam, *sex prioribus* Sylogismis *Majores* propositiones ad Scripturæ Lydium lapidem examinatas, & rectè explicatas maximè dubias esse, nullumq; infallibile *γωσισμα* religionē veram à falsâ discernendi continere. In *posterioribus* verò *binas Minores* solidè non fuisse probatas, & quidem *Minoris* in quinto Sylogismo probationes toties hactenus à nobis esse refutatas, quoties in hâc *Parte Generali* Sociniani argutias attigimus, easq; in *parte Speciali* specialiter etiam refutatum iri. *Minoris* verò in *sexto* Sylogismo probationes, nervum rei complexas, Anonymum illum in alium Tractatum rejecisse, & sic sententiam fundatam sine fundamento *Ein gründliches Urtheil ohne einigen rechten Grund* proposuisse. In hâc itaq; ultimâ argumentatione, cuius *Majorem* Propositionem maximè imbecillem & falsam ante omnia statuminare debuisset, Socinianam suam hæresin *omnium errorum esse receptaculum* edocet, usq; adeo, ut si quis à sententiâ *de Deo Trinano* rectâ & Catholicâ apud Pontificios, Lutheranos & Reformatos etiam ex parte tantū defecerit, illico ad Socinianas erroenas hypotheses transferit, & ab aliis erroris illius postulatus fuerit. *Minore* verò sub falsâ *Majore* Propositione subsumtam à p. 8. usq; ad pag. 20. prolixè, sed frustrâ probat. Audiamus ipsius verba p. 8. *Der 4. Schein und Beweis der Gewisheit und Richtigkeit der Schre von*

re von dem einigen Gotte/so wol nach der Person / als nach dem Wesen / weil nemlich auch dieselben / die dieser Lehre sonst wieder sprechen / und nicht zugehan sind/dennoch eins und das andere von ihr annehmen/ und gegen andere verfechten/ wird fast aus allen Secten / als : Päßstern/ Reformirten/ Lucherischen / und Arminianern/genommen. Alhie aber wolle sich der Christliche Leser nicht verdriessen lassen mit mir der gedachten Päßstler / Reformirten/ Lucheraner/ und Arminianer Worte und Bekännisse/absonderlich zubetrachten. Denn hieraus wird offenbar werden/wie die Christen fast durch ganz Europam, gedachte Lehre von dem einigen Gotte / einmütiglich / wiewol allgemachsam / anzunehmen anfangen und beginnen : Also / daß es das gänzlich Ansehen hat/daß Gott durch diese Lehre eine allgemeine Reformation der Christlichen Lehre in der ganzen Welt anstellen wolle.

Exo. 2. §. Socinianus Anonymus *Minoris prolixiorum probationem Majoris vacillantis (à quâ tamen vis omnis illationis dependet) confirmatione redimere debuisset. Eam namq; si qua ulla, omni profus nervo carer. Quum enim Diabolus hæreses jam dudum à totâ Ecclesiâ damnatas subinde ab Orco revocet, & hypotheses veteres erroneas novis phaleris convestiat: hinc toto die accidit ut citerioris seculi hæretici veterum hæresium ex parte rei rectè peragantur, licet in aliis iis contradicant. Sic quando Anabaptista Marcionitis ex unâ parte accedit, ex alterâ vero repugnat, positâ hujus Anonymi hypothesi, Marcionitarum Religio vera Religionis criterium continebit. Sic Stoicorum, & Epicuræorum doctrinæ veritati divinæ conformes erunt, quum multi hæreticorum, in aliis a Stoicis & Epicureis abhorrentes, his affines erroneas hypotheses foveant. Sic Judaica, & Turcica vera Religionis criterium continebit, quia Sociniani multas hypotheses in oppugnando SS. Trinitatis Mysterio, personâ & officio Christi Mediatorio cum illis habent communes, qui tamen in aliis iisdem contradicunt. Hæc enim foret Major Propositio: Cujuscunq; Religionis hypotheses quasdam nonnulli in aliis eidem contradicentes assumunt, easq; propugnant, illa est verissima, optimèq; fundata. Judaica, Samaritanæ.*



ritana, Turcica Religionis hypotheses quasdam Sociniani assumunt in aliis contradicentes E. Judaica, Samaritana, Turcica Religio est omnium verissima, optimèq; fundata. Sed ponamus Religionem quandam erroneam non nihil etiam veritatis continere, uti ipsa Paganæ Religio statuit, esse Creatorem cæli & terræ, Deum esse justum, Sanctum &c. Annon crasso sophismate à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, ex eo veræ Religionis criterium ponitur?

Ex. 3. Megalandri vero Lutheri Autoritatem p. 14. malè suis impiissimis erroribus prætendit, quum ipse Lutherus hoc dogma semper ad orbem damnarit. Hinc Excellentissimus Dominus D. Hulfemannus in Dialysi Apologeticâ Problematis Calixtini, quam hîc Anonymus p. 15. Gründlich's Urtheils/citat, Megalandri nostri Lutheri testimonia à D. Calixto malè citata egregiè à pag. 179. usq; ad pag. 219. vindicavit, ac ipsis verbis Lutheri allatis ad oculum demonstravit, quod Lutherus noster non de obscuritate testimoniorum Veteris Testamenti in sese, & sic objectivè & absolute, spectatâ, loquatur, quasi ipsa Testimonia V. T. ita sint obscura, ut ex iis Judæus in conscientiâ sua de mysterio Trinitatis, & præcipuè de Divinitate Messiaë convinci nequeat; sed partim de obscuritate subjectivè, seu ratione intellectus Judæi excæcati, & extremi pertinacis ac pervicacis consideratâ, sicut Paulus ipse affirmat 2. Cor. 3. v. 15. καλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν καί ται, h. e. velamen positum est super cor eorum. Vide Dialys. p. 180 & 181. partim comparativè, respectu Novi Testamenti, quod in eo major notitia hujus mysterii radiet, uti in prioribus seculis illud πολυθενήλυτον de SS. Trinitatis manifestatione in Jordane factâ fuit jactatum: Comitare Johannem ad Jordanem & videbis. Hinc D. Hulfemannus p. 194. sic loquitur. Fatendum equidem & omnino est Lutherum in hoc ipso Tractatu aliquoties repetere: Quod nobis Christianis ex N. T. edoctis & Novi Testamenti dicta cum Testimoniis Veteris Codicis confidentibus, dicta omnia Veteris Testamenti de S. Trinitatis Mysterio, Christi divinitate, Incarnatione & Officio loquentia, intellectu sunt faciliora; id quod lacinia, Calixti scalpello hinc inde præcisæ, ostendunt.

Falsis-

Falsissimum est autem Lutherum comparatis his enunciationibus hoc asserere, quod Abulensis & Calixtus asserunt: Ex solius Veteris Testamenti dictis, secundum se & literæ naturalem sensum scriptis, Mysteria illa evinci, at Judæos convinci non posse. Convinci constat, cum ex manifestis Lutheri verbis, tum ex modo tractationis, qui instituitur non solam juxta Parallelismum Vet. Test. sed præcipue & cum primis secundum nativam indolem textus Ebræi, secundum naturam Elementorum, suppositionum, & Categoriarum apud Ebræos usitatarum, tum quoad significata singulorum verborum, tum quoad regimen & constructionem Grammaticam, tum deniq; quod ad Rhetoricam quoq; sacram attinet.

Ex. 4. Modernis verò in Religione Novatoribus allegationes ab Anonymo Sociniano factæ ruborem incutiant, quod ipsi, in Nomen Dei Patris, Dei Filij, & Dei Spiritus S. baptizati, falsis & periculosis suis hypothesibus ad veritatem cælestem in hoc Sanctissimo Mysterio eludendam fores fenestrasq; aperiant, impiis Socinianis de ómo *ΊηϞω* consensu impiè gloriandi materiam suppeditent. Nec hanc gloriolam Anonymi in Scholâ Socinianâ novam esse, contra D. Calixtum hisce ostendit Dn. D. Hulfemannus in Dialysi p. 178. & 179. Non liquet, quâ fiduciâ tandem D. Calixtus Scholasticorum & Pontificiorum judicia de Inevidentiâ Codicis Veteris in explanando mysterio S. Trinitatis, nobis opponat: An, ut in gratiam cum Moguntinis & Nibuso redeat; Quum non nesciat, eos hoc agere, ut perspicuitate sacrarum literarum in litem vocatâ, & huic ipso summo Mysterio derogatâ: Traditionum suarum necessitatem, ad demonstranda fidei Christianæ dogmata nobis persvadeant? Valentia in Proleg. ad lib. de Trin. & Diss. II. Thom. Bellarm. II. de Christo c. V. Becanus Euchirid. l. I. c. II. Gordonus T. I. cap. XXIX. & nuper Dionysius Petavius Præfat. ad Tom. II. de Theologicis Dogmatibus, aliq; plures, à B. Gerbaro nominibus expressi Confess. Cathol. L. II. Art. II. fol. 507. An verò, quod Pontificiis solis invideat hanc laudem, quam à Socinianis referunt: Cogi nempe præcipuos eorum Doctores fateri, quod Mysterium Trinitatis ex sacris literis evidenter probari non possit: Hoc Bellarmino & Vieko Socinus ipse in Resp. ad 4. priora capita Vieki, p. 50. & 51. Iterum in defens. animadvers. contra Eutropium c. 3. Hoc Tradelio Ostorodus part. 2. c. 1. Hoc Volkelius Hofio Vieko aliisq; (ut ait) quam plurimis.



V. de Relig. IX. Hoc Maldonato Slichtingus in Præf. Tom. II. contra Meisnerum exprobravit. Nos de illis Novatoribus, amicas Socinianis hypotheses spargentibus, cum Johanne dicimus. 1. Joh. 2. 20. *Ex nobis prodierunt, sed non fuerunt ex nobis.* Quæ insuper Anonymus Socinianus de Arminianis, suis in fide per multa Fraterculis, ex Dn. D. Hulfemanni, Dialysi Apologet. Probl. Calixtini pag. 248, 249, 250, 251, 252. in Gründlichen Urtheil pag. 16, 17, 18, 19. transtulit, ad ea hæc etiam transcribat ex pag. 253. *Hiscæ è Socini Scholâ derivatis corruptelis, quotquot ex Contra Remonstrantibus, seu Calvinianis sese opposuerunt; ut Leidenses in censurâ, & Excerptis, Festus Hommius, Bodecherus, Peltius, Isaacus Junius, in Antapologia, oppositâ Apologiæ Remonstr. Nicol. Vede-lius in Arcanis Arminianismi, Giesbertus Voëtius, & alij, tanquam ἀπερὸν ἁγίων ἀξίωμα urgent adversus hanc contumeliam, de natalibus Trinitatis, post Concilium Nicenum demum cognitis, universalem consensum non solum Ecclesiæ Christianæ, sed etiam Israëlitiçæ, quæ sensum identicum de Deo Patre, Filio & Spiritu Sancto, cum Ecclesiâ Christianâ constanter tenuerit & docuerit: Et pleraq; argumenta demonstrantia, Eos, qui Deum sub unâ personâ, exclusis Filii & Spiritus Sancti personis colere, pietatem exercere, salutem ab uno Deo consequi contendunt, nec piorum, nec Christianorum, nec salvandorum Albo recensendos esse, Eadem inquam argumenta & bocce probant: Neq; Judæos, si Filium & Spiritum Sanctum tanquam Unam Deum cum Patre Meschiæ non agnoverunt, non adorarunt & coluerunt, quod Calixti Dissertatio infert, Ecclesiæ militantis membra fuisse, aut in Triumphanti Ecclesiâ censendos esse. Quibus subsequentes etiam probationes in Dialysi pag. 254. & seqq. addantur.*

THESIS XXVI.

Qui alterius distinctionem sibi objicit, eamq; infringere nititur, ille non est *merè Respondens*, sed *Opponentis* vicem subit, uti & Respondenti, si suam Responsionem datam è Scripturis confirmare velit, merito injungitur, ut eam rectè solidèq; probet. Ergo Socinianus Anonymus in primæ paginæ verbis *Speciminum illustrium infelicis pugne*

gna D. Abrahami Calovii insigne suæ inscitæ, si non malitæ, specimen edidit, statuens Crellium nostram distinctionem oppugnantem *merè Respondentem esse*. E. Erravit idem scribendo sufficere in Controversiis Theologicis, de quibus agit Anonymus, si Respondens modo verisimilem probationem asserat.

Exb. I. Sic Anonymus ille Socinianus in *Illustribus Speciminibus infelicis pugne D. Abrahami Calovii ostensionem infelicitatis Calovianæ infelici ex orditur auspicio*: In citatis quinq; paginis non satis Logicè cum Crellio Calovius egit. Tractavit enim & habuit eum ut Opponentem, cum tamen Crellius, quod distinctionem hanc duarum in Christo naturarum concernit, merè Respondentem agat. Dum enim in eo totus esset, ut ex Job. 5. monstraret, Christum Deum illum unum non esse, sibi ipsi distinctionem duarum in Christo naturarum objici posse dicit. Hanc verò frustra objici ex eo satis patere posse monstrat, quod ipsa ex usitatis illis locis non bene probari queat, in quibus verborum, secundum carnem, mentio fiat: quandoquidem verba, secundum carnem, aliud significare semper possunt, significantq; sæpius, quàm secundum humanam naturam; quemadmodum contrà, verba illis opposita, secundum spiritum, non necessariò idem significant, quod secundum divinam naturam, sed aliud quoq;, quàm hoc, denotare possunt, denotentq;. Respondentis ergo partes hic egit Crellius, non, ut Calovius falsò existimat, Opponentis; & instantiis seu contrariis exemplis allatis ostendere tantum voluit, verba, secundum carnem aut spiritum, nec necessariò, nec usquam, humanam aut divinam naturam denotare. Proinde in Logicam graviter peccavit Calovius, dum Crellio toties probationem; collectionem à particulari ad universale & à diversis; consequentiam vitiosam &c. hoc in loco, & hæc in materiâ imputat. Cum tamen meminisse potius verborum Kesleri debuisset, qui in Exam. Log. Phot. pag. 172. ita scribit: Instantiam ad majorem propositionem adducens non argumentatur, sed infirmitatem tantum argumenti ostendit: neq; etiam à particulari ad universale argumentari hæc ratione dicendus est.

Exb. 2. Antequam ad hæc Respondeam, præmitto explicationem officii Respondentis, & ambiguitatem in voce Respondentis latentem, quam Dominus D. Calovius pag. 853. in



scriptis Philosophicis de *Methodo Disputandi* è *D. Kesleri Log. Phorin Sect. 4. de Ratione Disputandi pag. 175.* hisce verbis tradit: Respondens sumitur vel præcisè, quà Respondens, quomodo ejus partes tantum sunt assumere, respondere, vel ad formam vel ad materiam, negando vel distinguendo, & limitando, aut utramq; aut alterutram præmissarum; vel famosè, quomodo usitatum est Respondentem dicere, qui assertiones proponit examinandas in collegio, vel exercitio Disputatorio, easq; καὶ δὲ ἀναμυν defendit. Non illius quidem, hujus tamen est argumentari & probare: Sed ita, ut alia sit argumentatio necessaria, alia arbitraria. Necessaria Respondenti talis est, quæ destruit sententiam, non enim satis est ad objectum respondere aliquid, sed & id, quod respondetur, probandum est, quæ due partes sunt, in quibus legitima solutio consistit. Arbitraria est, quæ contradictoriam thesion confirmat: nam is tùm jam satisfecisse suo officio censetur, quando vitium monstraverit; & quod insit, probatum dederit, ideoq; arbitrarium, & ἐκ προέσιος fieri putandum, quando insuper sententiam suam contradictoriè oppositam sententiæ Opponentis probaverit. Quæ probatio, ut ut liberalitatis sit, & ex abundanti fiat, tamen defendenda erit, si impugnetur, quia aliud est probatio, aliud ejus defensio. Probatio non est necessaria, sed arbitraria: Verum, ubi adducta fuerit probatio, necessaria utiq; est ejusdem defensio, nisi pro nullâ haberi debeat probatio. Ex his colliges merè Respondentem hoc tantum munere fungi, nimirum assumere & respondere, & sic quà talis est, non probare vel argumentari.

Exb. 3. Jam dispiciamus, an Crellius fuerit talis merè Respondens, an non verò simul ipse probantis & ita potius Opponentis munus in se receperit. Paginâ 106. produxerat Crellius argumentum ex Joh. 5. 19. & postea hæc subjecit: *Defensio argumenti.* Ad hoc duplex afferri consuevit responsio, neutra quidem prorsus directâ, sed quarum tamen altera majorem propositionem labefactare videtur; altera præmissas sive distinguendo, sive limitando, totum argumentum invalidum reddere. &c. pag. 107. Quod ad priorem responsionem attinet; ea duas præcipuè ob causas consistere nequit. pag. 3. Quod ad posteriorem responsionem attinet, quæ distinctione naturarum in Christo, vim argumenti nostri effugere conatur, quia eâ creberrimè utuntur adversarii, ideo semel aliquantò diligentius est examinandum.

da, ut lector in cæteris, ubi eadem occurrevit responsio, huc remitti possit. Quia verò adversarii vulgò censent, se distinctionis illius, ac porro etiam responsionis suæ auctores habere Apostolos, qui nonnulla Christo secundum carnem competere dicunt; ideo primùm quantopere in eo fallantur adversarii, ostendemus. Deinde docebimus, distinctionem illam ad argumentum nostrum ex loco Job. 5. 19. petiit, aliâq; similia dissolvenda, nullum afferre momentum, & deniq; hoc ipsum, quòd Christo secundum humanam naturam alia competere, alia non competere vulgò dicantur, adversariorum de Christo sententiam evertere demonstrabimus. Hic cognosces (1.) Crellium contra nostram Thesin opponere Syllogismum è capite V. Johannis. (2.) Sibi ipsi objicere Responsionem nostram, & duas causas afferre, quare responsio nostra non possit consistere. (3.) Hanc ipsam distinctionem nostram Responsionem vocare, contra quam velit ostendere, quantopere adversarii in eâ fallantur, docere quomodo nullû afferat momentû ad argumenta dissolvenda, de monstrare, quod hæc ipsam Adversariorum de Christo sententiam evertat. Ex quibus ipsius Crellii verbis contra Anonymum sic concludo:

Quicumq; opponit contra Thesin nostrarum Ecclesiarum Syllogismum, & in ejus defensione distinctionem hanc de duabus Naturis in Christo à nobis proferendam vocat responsionem nostram, contra quam velit ostendere, quantopere adversarii in eâ fallantur, docere quomodo nullum ad argumentum dissolvendum momentum afferant, demonstrare quod hæc ipsa Adversariorum de Christo sententiam evertant, de eo falsissimè & impudentissimè scripsit Socinianus Anonymus, quod merè Respondentem agat.

Atqui Johannes Crellius in Tractatu de Uno Deo Patre pag. 106. & 117. opponit contra Thesin nostrarum Ecclesiarum Syllogismum, & in ejus defensione distinctionem hanc, de de duabus Naturis in Christo à nobis proferendam, vocat responsionem nostram, contra quam velit ostendere quantopere adversarii in eâ fallantur, docere quomodo nullum ad argumentum dissolvendum momentum afferat, demonstrare quod hæc ipsa Adversariorum de Christo sententiam evertat, E. De Johanne Crellio falsissimè & impudentissimè scripsit Socinianus Anonymus, quod merè Respondentem agat.

Major est manifesta ex ipsâ descriptione illius, qui merè

N. 3

Respondens



Respondens est, cui hæc repugnant, quæ ex ipsius Crellii verbis in *Minore* afferuntur.

Exb. 4. Hoc igitur evicto, quod Crellius in nostrâ Thesi & Distinctione impugnandâ strenuè desudare voluerit, in speciminum suorum fronte, frontem omnem posuit hic Cavillator sic pag. 2. scribens: Proinde in *Logicam* graviter peccavit Calovius, dum Crellio toties probationem; collectionem à particulari ad universale & à diversis; consequentiam vitiosam &c. hoc in loco, & hæc in materiâ, imputat. Et pag. 4. Eorundem Speciminum: Non ita argumentatus est Crellius, quemadmodum Calovius per summam injuriam, aut magnam, & in tanto inter suos Viro vix ferendam, incogitantiam, eum concludentem introducit: scil. Voces illæ non inferunt divinam naturam, cum de aliis hominibus agitur. E. nec eandem inferunt, ubi de Christo sermo est. (Quæ argumentatio merè probantis esset, non, quod officium Crellius hic sustinet, negantis, & allatam ab Adversario probationem verisimili aliqâ ratione tantum labefactantis:) sed longè aliter Crellius procedit; hoc scil. modo: Si in aliis omnibus scripturæ locis verba, secundum spiritum, non inferunt divinam naturam; verisimile est, illa quoq; loca, quæ v. c. Calovius pro suâ sententiâ afferendâ adfert, quæq; dubia adhuc sunt, naturam divinam minimè inferre. Hæc collectio, quantum ab illâ Crellio imputatâ distet, quamq; ab omnibus Logicis probetur, quilibet Logica peritus videt. R. Quilibet Logica peritus videat summam injuriam, quam accuratissimo Theologo rudis hic divinarum literarum Studiosus, (quo nomine tegi vult hic Lucifugus, Specimina Theologi infeliciter pugnantis audacter edens,) intentat, summamq; ejusdem incogitantiam, qui Crellium merè Respondentem egisse, quum tamen, ut hæc enus fuit ostensum, (I.) Ipse Crellius contra nostram Thesin opponendo, Responsonem nostram per distinctionem duarum Naturarum in Christo, hoc in loco ἀπαίδευτος & ἀνεοσδιόβτος, ut loquitur D. Calovius, attulerit, ac quibus absurdis ex Sociniani mente hæreat implicita, ostendere, docere & demonstrare voluerit. Idem (2.) pag. 112, 113, 114, 115, 116. distinctionem hanc refutando, pag. 117. sic concludat. Quare nihil est in illis locis, quod distinctionem illam adversariorum stabiliat. Quod si in illis nihil est, quod eam stabiliat, licet inter cætera eam vel maxime videantur confirmare; jure concludi potest, nec alibi quicquam esse in
Sacris

sacris literis, quod eam stabiliat: ac porro eam non debere adhiberi ad tot sacrarum literarum loca, de Christo simpliciter loquentia, restringenda & à simplicitate sententiae deslectenda. Quam concludendi rationem rectè D. Calovius ineptissimam & vocat & demonstrat p. 1072. in Theolog. Natural. & Revelat. (3) ipse Anonymus Crellii Collectionem Syllogisticam attulerit, & pag. 3. Specim: sic scripserit: Crellium Quæstionis hujus Negativam, ita ut opus erat, probasse &c. idq; tam firmiter, ut nec Calovius id ipsum negare, aut in dubium vocare audeat. An igitur Vir ullus Logica peritus eum appellat mere Respondentem, qui contra alium Syllogisticè concludere, qui Quæstionis alicujus negativam tam firmiter, ut nec Adversarius id ipsum negare, aut in dubium vocare audeat, probasse dicitur? Hæc sanè à nullis accuratis Logicis, ad quorum forum appellat, probabuntur.

Exh. 5. Excellentissimus proinde etiam Dominus D. Calovius rectissimè statuit, Crellii contra nostram distinctionem Opponentis, eamq; evertere conantis collectionem, primum à particulari procedere, deinde etiam à diversis, & sic duplici nomine esse vitiosam, quod etiam ad oculum ostendit pag. 1068. Theol. Natural. & Revel. Affert enim tales propositiones, ubi Subjectum est commune, & usurpatur de aliis hominibus, qui spectari possunt, tum quoad carnem suam corruptam, & externum ejus statum, tam regenitis, quàm irregenitis communem; tum quoad spiritum, hoc est, spiritualem regenerationem & quatenus fide promissionem Messiae factam amplectuntur, v. g. Abrahami quoad carnem spectati omnes Judæi etiam ex carne caronati sunt filii, nullus verò gentilis. Abrahami verò quoad Spiritum seu spiritualem regenerationem, & quatenus fide Messiam fuit amplexus, non omnes Judæi sunt Filii, sed tantum credentes, & sic etiam gentiles credentes possunt esse Filii. Verù in dicto Rom. 9. 5. sinitur Subjectum planè singulare, quod est Christus, Sanctus, impollutus, & à peccatoribus separatus, ac ita spirituali regeneratione planè non opus habens. Ergo determinatio secundum carnem & Spiritum super addita, non potest eodem sensu accipi, quo in prioribus, præsertim quum expressè ad hæc verba Christus est ex Patribus & κατὰ σάρκα quantum ad carnem attingit, addatur: ὁ ὢν Πρὶ πάντων θεὸς Ἐυλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας ἀμήν h. e. qui est Deus benedictus in secula Amen, quale quid nunquam.

quam additur ad hoc subjectum, quando v. g. Abrahamus dicitur esse pater omnium Israelitarum quoad carnem. Et sic ubi in *subjecto* ponitur sanctissimus, *determinatio secundum carnem predicato apposita* longè aliter interpretanda est, quam si tali *subjecto* apponatur, quod spectari potest, vel quoad carnalem generationem, vel quoad spirituales regenerationem. Ad hæc excipit pag. 5. *Illustr. Spec. Neq̄ est, quòd Calovius vel vocum singularitatem vel subjectorum diversitatem hic causetur. Vocis enim singularitatem urgere tum, cum adhuc de voce, an singularis sit, queritur, nihil aliud quam crasse principium petere est. Sed & subjectorum diversitas non statim facit, quominus unum idemq̄ predicatum eodem modo intelligatur. Res apud cordatos exemplis non indiget, ut, qui aliquid duobus distinctis subjectis inesse posse norunt. & Nullus cordatus, & in primis etiam Theologiæ fundamentis versatus inficiabitur, Subjectum esse singulare, quando ponitur Subjecti loco, Christus a peccatoribus omnibus separatus, & cum predicato, Est ex Patribus secundum carnem, conjungitur Deus super omnia benedictus in secula Amen. Sic etiam Logicorum tirones norunt, talia esse subjecta, qualia permittuntur à suis predicatis, & vice versa, talia esse predicata, qualia permittantur esse à suis subjectis. Sic etiam postà jam hæc hypothese, quod scilicet Respondens Responsonem suam è scripturis, & sic conclusionem Theologicam, & divinam ex divino principio probare velit, non sufficit verisimilem tantum aliquam probationem, & conjecturam afferre, sed didascalica, firma, & Christiana fide digna probatio requiritur, ut ita suam Thesin probans sit plenissimè de suæ sententiæ persuasus certitudine, Rom. 14, 5, & possit cum Paulo dicere: Scio cui credidi, & certus sum. 2 Tim. 1, 12. Quod si jam scomata, ceu lactucam suo palato digna, desiderat, exedat, quæ Excell. Dno. D. Bothsacco Dn. Collegæ meo honoratissimo iniquè, & falso intrivit, ac ipse de suis nugis ex falsitate & ostensione infelicitatis infelici de reliquis absurdis ducat calculum, & resorbeat illud, quod laudatissimo Theologo, eruditè Objectiones Socinianorum solventi, per injuriam propinavit: Ich kan mich kaum enthalten daß ich nicht gar die Feder wegwerffe / wegen der so häufigen petitionum principij (ungeräummbren rationum & responsonum) unter welchem nichts gutes oder tüchtiges gefunden wird.*

OS(O)SO

Ornatissimo Dno, Respondenti
SUO HENRICO HOLLWELIO.

HOLLWELI, Clariæ decus, & Spes Magna, Juventæ,
Ingeniurufus docta pericla subis,
Ac animo vegeto fedit optima cura, Jehovæ
A tenero scriptis invigilare sacris.

Per pulchrum Mentis Specimen! quam multa rubigo
Perderet incitam, perpolit hanc Sophie.

*sic acies ferri ferrum, sic mentis acumen
Exacuit mentem, nec sinit esse rudem.*

Adde preces: Animam divini Spiritus Oris,
Hanc, ceu vas nitidum, sanctificet Domino!

Sic ὁλοκαυδῶς Divinam Spiritus Sancti Gra-
tiam precatur

D. Johannes Maukisch, S.S. Theol. P.P.
Gymnafii Ged. Rector & Pastor S-S. Trin.

IN GRATIAM

*Literatissimi ac Ornatissimi Dni. HENRICI HOLLWELII, Sympatriotæ ac
Amici dilectissimi sub Præsidio Excellentissimi Dn. D. MAUKISCHII
Contra Photinianos Disputaturi.*

Dum penitus toto dicit taratantara Regno
Buccina, dum GEDANUM, miles ad arma! vocat.
Tu Cathedram resonare jubes, interq; filere
Armorum strepitus, docta Lycæa, negas.
Nec tamen arma Tibi desunt, sed acinace verbi
Hostem Photinum ritè ferire studes.
Sis animæ forti, Fautor, Tibi militat æther,
MAUKISIO, Domini, qui Duce, bella geris.

Honoris & excitationis

ergo apponebat

WILHELMUS SCHLOT,
ad D. Johan. Symmist.




617.

di

m-

22.





DISPUTATIO TERTIA

73

Resp.

DE
SEX VITIOSIS ANONYMI MAIORIBUS

HENRICO
HOLLWELIE
DANTISCANO,

propositionibus, quibus Revelatio Catholicismi
veri s. Gründliches Urtheil von friedsamsten und gewisse-
sten Lehre der Christen; innitur, & munere Respon-
dentis, si Responionem suam datam e Scripturis con-
firmare velit, quomodo ei onus rectè,
solideque probandi jure
injungatur.



N foro sanè Politico, in quod oculos defigi
jubet Anonymus, in *Illust. Specim. infelicis pugnae*
pag. 23. Judicis inferioris, sententiam rectam
pronunciaturi, partes exigunt, ut Leges suas

